Intrauit ihesus in quoddam castellū. Lu. x. Ad lr̄am istud castellū fuit ciuitas q̄dam noīe bethaīa. Per ciuitatē istā significat̄ beata virgo quā ciuitatē ihesus intrauit: qñ hūanaz naturā ex ea assumpsit. Sciēduz aūt ꝙ tria sunt q̄ reddūt aliquā ciuitatē ꝯmēdabilē. s. mūdicia plateaꝝ. abūdantia aquaꝝ ⁊ muroꝝ fortitudo. Ista tria copiosissime inuenimus in hac ciuitate. i. in btā ꝟgine. Beata eñ ꝟgo maria ꝯmēdatur p̄mo a mūdicia. Fuit eñ mūdissima corpe ⁊ aīa. iō ꝯmēdat eā spūssanct⁹ dicēs Cāt. iiij. Tota pulcra es amica mea ⁊ macula nō est ī te q̄ ad aīam. Hugo dicit. In corpe te pulcrā fecit ꝟginitas. in mēte te pulcrā exhibuit humilitas. iocūde te ītueor: qꝛ nullā maculaz ī te inuenio. Sz multo amplius delectat me. qꝛ te totā plenā dulcedine inuenio Aug. Virgo maria pulcerrima. pudica virgo. corpe ⁊ anima decora. Bern. Puto ꝙ copiosior gr̄a scīficatōis ī mariam descēdit q̄z ī alios scōs. q̄ nō soluz ip̄am ab origīali pcc̄o mūdauit: sed ab omni pcc̄o īmunē ꝯseruauit. Decuit eī reginā celi: dei mr̄em: q̄dam speciali priuilegio vitā ab ōni pcc̄o ducere immunem: q̄ paritura erat hūani gener⁹ redēptorem. Orig. Quid pulcrius. quid mūdius hac ꝟgine q̄ in vtero scīficatur Cuius corpus habitaculū deo p̄parat̄ cuius sermo fine magna vtilitate nō ꝓfertur. cuius opus īter oñs natōes humilimū ꝯprobat̄. suauis ꝑ patiētiam in tribulatōibꝫ. ꝑ deuotōem in meditationibus. ꝑ ꝯpassionē in alioꝝ afflictionibus. ꝑ dulcedinē in subueniēdo ipsam inuocātibꝫ. Aug. Si oñs scī ⁊ scē ꝯgregati eēnt ⁊ q̄reret̄ ab eis an pctm̄ hr̄ent quid rñderēt: nisi q̄d iohānes dicit ī epistola. i. ca. i. Si dixerimus ꝙ peccatuz nō habemus. nosipsos seducimus: ⁊ veritas in nobis nō est. excepta sola ꝟgīe maria. de qua propter honorem domini cum de peccatis agitur: nullam prorsus volo fieri mātionē. Bern. Regina virgo gēmis ornata. ꝟtute ⁊ spē sua ⁊ pulcritudine sua. celestibꝫ cognita agminibus in mētis ⁊ corpis decore p̄fulgida. celi ciuiū ī se ꝓuocauit aspectū. ita vt celestem nunciū ad se desup̄ deduceret et dei filiū in sui ꝯcupiscētia īcarnaret. Ecce quomodo sancti ꝯmendauerunt mūdiciam huius ciuitatis quā dñs inhabitare dignatus ē. Vñ psal. Glosa dicta sunt de te ciuitas dei. Ideo bñ figurata est per illā ciuitatem quā vidit iohānes descendentē de celo. cuius platee ⁊ muri fuerūt ex auro purissimo. De cui⁹ claritate ⁊ mundicia dicitur apocal. xxi. Ciuitas hec ñ egz sole neqz luna vt luceāt in ea. nā claritas dei illuminat illaz Secundo solet ciuitas ꝯmendari ex aquarum abūdantia. sic maria ꝯmendat̄ ex abundantia gratiarum. Unde ait angel⁹ ad eam. Aue gratia plena. Luc. i. Ber. Vas liquore plenum si commoueat̄ de facili effundit liquorē suum. sic maria si continue precibus mouetur: effundit ī nos gratiā suaz. Vñ ipsa ait Ecc̄i. xxiiij In me omnis via virtutis ⁊ veritatis. Et sequitur Transite ad me oñs qui ꝯcupiscitis me et a generationibus meis ⁊ a gratijs adimplemini. Dicit omnes nullum excipit quantumcunqz pauperem vel infirmum vel peccatorem. Bernardus. Maria sinum sue misericordie omnibꝫ aperit. Propter abundātiaz ergo gr̄arum suaꝝ ꝯparat̄ fonti Isa. lviij Erit quasi fons aquaꝝ cuius nō deficiēt aque. Bernardus. Maria est fons īdeficiens. semper scaturiēs. semper fluēs. semp̄ aquas gr̄arum omnibus prebens Et ideo clamat Isay. lv. dicens. Omnes sitientes venite ad aquas. bibite cū leticia. Bernar. Hec est eñ illa mr̄ mīe

quando mentionem

que dixit ad filium deficiēte vino in nu
ptijs. Vinum nō habent. Cōpassa ē eñ
eoꝝ verecūdie. sic misericordem et beni
gnissimam se exhibuit. Quid eñ de fō/
te pietatis procederet nisi pietas? Non
ne qui pomum tenuerit manu sua. dimi
dia die. reliqua diei parte seruabit odo
rem? Quantuꝫ ergo virtus illa viscera
pietatis affecit in quibꝫ filius dei nouez
mensibꝫ requieuit. Et qꝛ sic plena ē ma
ria aquis misericordie ⁊ grarum: defaci
li effundit gratiā suā ⁊ mīam. qꝛ ꝓ modi
co seruicio sibi exhibito homini obtinet
vitā eternā. Exemplū. Quidam mi
les valde diues ad torneamentū vadēs
dum ꝑ quandā ciuitatez iret: quandam
virginem pulcherrimā vidit: filiaꝫ viri
pauperis. ⁊ accensus in eius amorē pa/
rentibus eius decem marcas argenti de
dit: vt vna nocte eā secuꝫ dormire face/
rent. Cunqꝫ nocte lectū eius intrasset:
quesiuit de nomine eius. Illa autē flēs
rñdit. Maria vocor. Rogo ergo te ob
honorez marie cuius nomine vocor. vt
mihi parcas. qꝛ ei voui castitatē meam.
Statim ille surrexit. dicens. Ob hono
rem eius tibi parcā. Insuper vt ei serui
re possis monasterio te tradā. Duxitqꝫ
virginem illā ad claustrū quoddaꝫ pro/
mittēs ꝙ in reditu suo vellet claustro sa
tisfacere. Cunqꝫ ad torneamentū ꝓces/
sisset: puella illa ꝓ dño suo beate marie
sedule supplicauit. Cum āt alij milites
de torneamento redirent: ille occisus ⁊
in campo sepultus nō redijt. Quod vi/
dens abbatissa: se eē deceptā dixit. Pu
ella āt turbata: beatā virginem mariam
intime rogabat: vt de statu dñi sui sibi
aliquid reuelaret. Cui beata virgo appa
rens dixit. Scito ꝙ miles in torneamē
to occubuit. ⁊ ibidē sepultus est. sed qꝛ
me hōrauit: salutē meruit. Dic ergo ab
batisse vt cito illuc ꝑgat. ⁊ corpꝰ allatuꝫ
in cimiterio sepeliat. Que gaudens ab
batisse retulit. Cūqꝫ non crederet abba
tissa: puella flens redijt ad mariā. Cui
beata virgo vt prius mandauit: addēs
de occulto peccato suo q̄d cū lacrimis cō
fiteri deberet. ⁊ nudis pedibꝫ cū cōuen/
tu suo illuc iret. Quod illa audiens ⁊ si
gnum recognoscens: facta ꝯfessione ad
locum ꝓperauit. ⁊ odore rose corpus mi
litis inueniens: in suū cimiteriū transla
tum honorifice sepeliuit. Tercio modo
ciuitas est ꝯmendabil' ꝓpter muroꝝ for/
titudinem. Nā de ea dicit' Judith p̄mo
Rex arphaxat edificauit ciuitatez potē/
tissimā. Arphaxat interp̄tat' saluās. ⁊ si
gnat saluatorez mūdi. Ille edificauit ci
uitatez istā. i. beatā virginez mariā crea
uit. Fuit āt potentissima. i. fortissima ci/
uitas ista. qꝛ nullis tribulatiōibꝫ vel ne/
cessitatibꝫ potuit expugnari. Nā tempo
re passionis cuꝫ oēs apostoli ⁊ amici xp̄i
fugerent: ipsa sola fortis ⁊ immobilis ꝑ
sistebat. Cui tunc filius dicere potuit il
lud Hiere. p̄. Ecce dedi te hodie in ciui/
tatem munitā ⁊ murū eneuꝫ. Ipsi bella
bunt aduersuꝫ te ⁊ nō preualebūt. quia
ego tecū sum. Oñs qui ad istā ciuitatē
ꝯfugerint: salui erunt'. Vñ pōt designa/
ri ꝑ illā ciuitatez segor ad quā fugit loth
⁊ saluatus est in ea. Geñ. xix. Aug'. O
beatissima virgo maria. sicut a te ōnis a/
uersus necesse ē vt pereat: ita īpossibile
est vt ōnis ad te ꝯuersus pereat. Exē
plum. Vir quidā ⁊ vxor eius vnicā ha/
bentes filiā: quā cuidam iu[illegible]ni nuptui
tradiderūt: ⁊ genez suū secū ī domo te/
nuerunt. Mater āt filie generum dilige
bat multū. ꝓpter hoc mali hoīes dixerūt
ꝙ nō ꝓpter filiā faceret: sꝫ vt eidem se ꝓ
filia sua cōiungeret. Cū eñ mulier' ani/
mum tāta falsitas ꝑcussisset: pre nimia
tristicia nesciens quid faceret: duos ru/
sticos ꝯuenit ⁊ eos in cellario suo inclu
dens ⁊ filiā alias mittens: genez ad cel
larium mittens ꝓ vino. quem illi appre

bendentes strangulauerunt et sup lectũ suum posuerunt vestibus eum cooperiẽtes Cunctq ad mensã cõuenerũt maritus et filia: mater iussit filiam et generũ excitaret quem cũ mortuum ĩuenisset concita redijt lamentabiliter plorans Pater et mater ⁊ tota familia flebat. Tandem mulier de ꝓpetrato scelere penituit et cõfessa est sacerdoti Post aliq̃d tpis inter sacerdotem ⁊ mulierem oritur litigium et sacerdos homicidiũ generi sui sibi imposuit Quod cum ad noticiã hominum deuenisset: mulier ducitur ad iudiciũ: ⁊ cremanda igne damnatur Cũctq illa nullum subsidium ĩuenireret: ad subsidium beate virginis confugit ⁊ intrans ecclesiam ad imaginẽ beate virginis se prostrauit ⁊ se eius gratie cõmendauit. Post modicum tps ire compellitur ⁊ in magnũ ignem proiecta: illesa omnino permansit. Ac illi magis ac magis ignẽ augmentabant. et illa semper illesa permansit Tunc lanceis ⁊ hastis eã inuaserunt. nec eam tamen ledere potuerunt. Tunc iudex obstupuit ⁊ alios cõpescẽs ipsamq illesam abire ꝓmisit Cunctq domum redisset: nolẽs eam deus vltra humana suspicione fedari: post triduum in laudem beate virginis perseuerantem ex hac vita vocauit.

De eodem Sermo. lvi.

Que est ista q̃ ascendit de deserto delicijs affluẽs. inixa sup dilcũm suum? Canti. viij. Hanc questionem fecerunt angeli ĩ assũpcione beate virginis marie. admirãtes que ess̃ illa que ab ipso oĩm creatore cũ tanta leticia in celum deportabatur. In quibus verbis describitur immensitas gaudiorum quibus beata virgo repleta fuit. cum eaz filius dei in celum introduxit Sciendum autem ꝙ licet beata virgo maria multiplex gaudiũz habuit ex parte filij sui in hoc mundo: tamen specialiter habuit septem gaudia satis magna. Primum fuit in filij sui conceptione siue annunciatione: quando angelus nunciauit ei ꝙ mater filij di eẽ debuit Istud gaudium nulla lingua ad plenum explicari potest: tamen possum⁹ compare gaudio quod habet aliquis pauper quando magnum thesaurũ ĩuenit Job. iij. Effodientes enim vt foderent thesaurũ: gaudẽt vehementer cum ĩuenerint sepulchr thesauri. i. locuz thesauri Per thesaurũ significatur filius dei Mathe. iij. Simile est regnum celorũz. id est filius dei thesauro abscondito in agro. i. in celo Quẽ qui ĩuenit homo. i. beata maria pre gaudio illius vadit ⁊ vendit omnia que habet et emit agrum illum. i. voluntatem habendi Intantum enim inuentiõe thesauri est gauisa ꝙ si dña totius mũdi fuisset: õnia propter eum reliquisset Hũc thesaurum inuenit quando dixit ei angel⁹. Ne timeas maria: quasi diceret Gaude ⁊ letare. ĩuenisti eñ gratiam apud dominum. Ecce concipies et paries filiuz et vocabis nomen eius ihesus. hic erit magnus et filius altissimi vocabitur Ere multum gaudere potuit: quando illũ thesaurum inuenit: quem multi cum magno desiderio ĩ veteri testamento quesierunt Unde dicitur Cantico. v. Quesiui illum ⁊ non inueni. Quod eũ cũ magno desiderio quesierunt. patet ĩ hoc ꝙ mulieres veteris testamenti multũ gaudebant: qñ morientes filios post se relinquebant: sperãtes ꝙ forte xp̃s de earum stirpe nasceretur. ⁊ ideo etiã steriles maledicte reputabantur. q: sine illa spe moriebãtur Hinc ẽ ꝙ filia iepte duoby mẽsibꝫ deflebat virginitatem suã. q: sine ꝓle mori debuit Nota historiã Judicum xi. Hic est ꝙ thamar tanq̃ meretrix im-

mūda sedebat. qꝛ prolem libenter habu
isset et sperauit ꝙ christus de eius gene
alogia nasceretur. cuius desideriū chri-
stus cōspexit. et duos filios sibi donauit
s. phares ⁊ zara. et inde genealogiā suā
christus assumpsit Mathe. i. Judas au
tez genuit phares ⁊ zara de thamar No
ta historiā si placz Gene. xxxviij. Hinc
etiam est ꝙ ruth moabita ad pedes booz
dormientis se proiecit. cuius desideriū
dñs respexit ⁊ coram booz grām ei dedit
ita ꝙ eaz in vxorē duceret. insup dedit
ei filium noīe obeth. et inde genealogiā
suam assumpsit. Mathe. i. Booz autez
genuit obeth ex ruth Nota historiā ruth
iij. Ecce sic patet quanto desiderio ātiq̄
prēs non solum iudei: sed etiā gentiles
quesierunt hunc thesaurꝫ. i. filium dei. sz
sola maria īuenire meruit. ⁊ ideo gaude
re potuit quando angelus dixit ei Inue
nisti gratiam apud dñm. Ecce cōcipies
et paries ⁊c. Secundum gaudium btē
virginis fuit ī salutatione beate elisabeth
De quo dicitur Lu. i. Exurgens maria
pꝰ cōceptionez filij: abijt in montana. i.
in hierusalem cū festinatione ad domuz
zacharie. et salutauit elisabeth ⁊ exulta-
uit. i. pre gaudio saltauit īfans. s. Johā
nes baptista ī vtero eius. et repleta ē spi
ritusco ⁊ exclamauit voce magna dicēs.
Benedicta tu īter mulieres ⁊ benedictꝰ
fructus ventris tui Ecce enim vt facta ē
vox salutationis tue in auribꝰ meis exul
tauit infans in vtero meo. Ecce si eliza-
beth ⁊ iohānes ex presentia filij dei tan-
tum fuerunt gauisi: q̄to putas repleta e
rat maria gaudio que gaudiuz angeloꝝ
et totius mundi in vtero portauit Augꝰ
Gaudium in vtero portauit ⁊ gaudium
mundo genuit Unde ait angelus ad pa
stores Annuncio vobis gaudiū magnū
quod erit oī populo. qꝛ natus est nobis
hodie christus saluator mundi. Ter-
cium gaudium fuit in filij sui parturitio
ne. s. quando gaudiū toti mūdo genuit
Multum enim gaudere potuit. quando
illam benedictam et letam faciem oculis
suis conspexit. in quam angeli desiderāt
conspicere. quā etiam sancti patres cuz
tanto gaudio expectabant. et cuz deside-
rio magno petebant sibi ostendi. Psal.
Ostende nobis faciem tuam ⁊ salui eri
mus Moyses exodi. xxxiij. Dñe si īue-
ni gratiam in conspectu tuo: oñde mihi
faciem tuaz Hester. xv. Valde amabilis
es dñe: et facies tua plena gratiaꝝ Legi
tur geñ. xlnij. ꝙ cum iacob videret faciē
filij sui: intantū gauisus fuit ꝙ mori nō
formidauit. Unde ait. Nunc letus mo
riar. qꝛ vidi faciem tuam Multomagis
maria gaudere potuit qñ letissimam fa-
ciem creatoris et filij sui tam sedule īspi
ciebat Legitur enim in cronicis ꝙ muli
er quedam habuit filium in bello cuius
aduentū cum magno desiderio expecta-
bat Cum eum sanum venientē videbat
intantum gauisa fuit ꝙ ex nimia dilecti-
one cordis spiritum exalauit Certe mul
tū mirabile est ꝙ beata maria quando il
lam letissimam faciez respiciebat. ꝙ pre
nimio gaudio non expirabat Ambrosi.
O beatissima virgo maria quisputas pe
ctoris tui archana nobis reuelare vale-
at: quibꝰ modis tuuz cogitatū ad vtrum
q̄z flectebas: cum vnum eūdemq̄z dei ⁊
hoīs filium manibꝰ teneres. Hunc ado
ras vt dominum. illum oscularis vt par
uuluz. O benedicta regina et virgo ma
ria q̄z bene cordi tuo erat. quantum spi-
ritus tuus exultabat quando illam san-
ctissimaz faciem inspexisti. qñ illi amabi
li puero vbera prebuisti. et dilectissimis
amplexibus crebro circumdedisti Quar
tum eius gaudium fuit in filij sui adora-
tione. quando de finibus terre reges ve
nerunt et filium suum tanq̄z deum celi ⁊
terre adorauerunt. et tanq̄z deum ⁊ regē
muneribus honorauerūt Magnū gau-

vium esset patri ⁊ matri si ipsis annuncia
retur q̃ filius eorũ esset electus in re
gem vel episcopũ Sicut legit de iacob
q̃ cum nunciatũ esset ei q̃ filius eius io
seph dominaret in tota egipto. ipse qua
si de graui somno euigilans ait. Suffi
cit mihi vt videam filium meum ãte q̃
moriar. vt dicitur Genes. xlvi. Multo
magis maria gaudere potuit quãdo ma
gi et reges filium suum regẽ ⁊ deum celi
et terre nunciabant. Mathei. ij. Legit
q̃ magi videntes stellam pueri. gauisi sũt
gaudio magno valde Multo magis ma
ria gaudere potuit: quando illum mani
bus cõtractauit. lactauit et pauit. quẽ stel
la prefignauit Hieronimus dicit q̃ ma
ria se colo et acu nutriebat. Sed credo
firmissime q̃ pre tenerrima filij sui dile
ctione et amore hec sepe abijciebat. ⁊ in
melliflua oscula filij sui dilecti ruebat.
Quintũ fuit in filij sui oblatione. s. quã
do dilectum filium suũ celesti patri suo
in templo obtulit ⁊ presentauit. Multũ
gaudere potuit q̃ filius eius tã nobilem
tam potentem patrem habuit. s. deũ om
nipotentem. Legitur q̃ anna ꝓphetissa
eadem hora supuenit: quando maria fili
um suum obtulit. et ex aspectu illius be
nedicti pueri sup modum gauisa est. Et
ille antiquus simeon qui responsum ac
cepta spiritusancto q̃ nõ esset moritu
rus: nisi prius videret xp̃m. etiã illo tẽ
pore venit in templũ. Et cum accepisset
puerum in vlnas suas intãtum gauisus
erat q̃ amplius viuere non curauit: sed
dixit. Nunc dimittis seruũ tuũ dñe: se
cundum verbũ tuum ĩ pace Quia vide
runt oculi mei salutare tuum: id est fili
um tuum qui saluos nos faciet Certe si
illi intantũ gauisi fuerunt: qui eum vide
runt: multo magis maria potuit gaudere
que eum semper presentem habuit ⁊ ma
nibus contractauit. Propter gaudiũ q̃d
beata maria tũc habuit: qñ filium suum
in templo presentauit etiã cũ magno gau
dio accensis candelis illum diẽ celebra
re consueuit. Exemplum Cecus quidã
illo die responsorium in honorem beate
virginis composuit. vnde lumen recep
pit isto modo. Tempore bonifacij pape
fuerunt rome multi iudei: negantes ma
riam peperisse et virginem pmansisse. plu
resq̃ alie hereticorum secte Quod audi
ens quidam cecus clericus voluit et cuz
eis disputans coram oĩbus eos vicit Iu
dei confusi sibi improperabant cecitatez
suam et q̃ dñs suus neq̃ maria posset si
bi reddere lumen oculoꝝ si tamẽ illumi
narent eum omnes fidem xp̃ianorum su
sciperent Cunq̃ hec cecus pape remisisz
indixit papa triduanum ieiunium añ fe
stum purificationis cõuenientibus omni
bus ad matutinas. Cecus autem ad al
tare prostratus post nonam lectionez lu
men recepit et spiritusancto repletus de
cantauit primo illud responsorium clara
voce. Gaude maria virgo cunctas here
ses sola interemisti ꝛc. Hoc miraculo vi
so quĩgenti iudei baptisma receperũt cũ
mulieribus et paruulis. et alie secte he
reticoꝝ ad fidẽ xp̃i cõuertuntur ⁊ respon
soriũ illud cũ versu suo illo die decanta
ri a papa instituitur Sextũ gauduum fu
it ĩ pueri sui ĩuentione quem p triduũ p
viderat. et in tẽplo sedentem ĩuenit Lu
ce. ij. Cũ factus esset ihesus annoꝝ duo
decim. ascendebant in hierusalem ad di
em pasche maria ⁊ ioseph Peracto aũt
festo cũ redire vellent ad ꝓpria: ibat ma
ria cũ turba mulieꝝ. ⁊ ioseph cuz turba
viroꝝ et putabat maria puerũ esse cũ io
seph. et econtra ioseph putabat puerũ
esse cũ maria. Post iter vnius diei co
gnouerũt pueꝝ non esse cũ eis. et turba
ti nimis cũ magno dolore quesierunt eũ
secunda die ĩter cognatos. tercia die re
gressi sunt ĩ hierusalem ⁊ ĩuenerunt eum
sedentẽ in templo ĩ medio doctoꝝ audiẽ

tem et interrogantem ita prudenter: ꝙ omnes ammirati sunt sup eius prudẽtia Et dixit ei maria Fili quid fecisti nobis sic: vt remaneres nobis ignorãtibꝰ? Ecce alloquitur eum dulciter cum dicit Fili. Unde patet ꝙ inter eos non erat ĩcrepatio: sed pia de eius amissione querulatio. Ecce ego ⁊ pater tuus. s. ioseph dolentes querebamus te Ideo cuꝫ dolore puerum quesierunt. qꝛ timuerunt ꝙ herodes qui euꝫ ĩ ĩfantia sua quesierat: mõ inuentum occidisset Igitur cũ euꝫ viuũ inuenissent: pia mater multũ gauisa est. Sicut ille paterfamilias de quo dicitur Luce. xv. qui filium suũ prodigum ꝑdiderat. ⁊ ĩ ĩuentione sua multum gauisus alteri filio suo dixit. Epulari ⁊ gaudere oportet. qꝛ frater tuus mortuus fuerat ⁊ reuixit: perierat et ĩuentus est. Et etiam specialiter gaudere poterat: ꝙ in medio doctoꝝ eum ĩueniebat Nam dicit Prouerbio. x. Filius sapiens letificat patrẽ et matrem Exempluꝫ. ypocras recedẽs a matre sua et veniens ad studium generale: magnꝰ doctor effectus est. Quod intelligens mater eius cum magno desiderio expectabat aduentũ eius. Cum ergo rediret ad patriam sciens. matreꝫ eiꝰ nimis aduentũ suum desiderare: timuit autem ne in aduentu suo spiritũ exhalaret: premisit nuncium qui dixit eum aliquantulum infirmari. vt sic gaudiuꝫ dolor tꝑaret. Ecce si mater illa intantũ gauisa fuit de tali filio et magistro scientiarũ seculariũ. quale putas maria gaudiũ habuit cũ dilectum filiuꝫ magistrũ omnium ĩ medio doctoꝝ ĩueniret de celestibus ⁊ diuinis disputantem? Septimũ gaudium marie fuit in eius assumptiõe: quando dilectus filius suus cum multitudĩe angeloꝝ ad eam venit ⁊ cuꝫ corpe et anima in celum ĩtroduxit ⁊ ad dexterã suam collocauit. quod fuit ei gaudium sup omnia gaudia. Istud figuratum est

hester. v. vbi hester regĩa complacuit regi assuero Cui rex ait Que ẽ petitio tua? Etiam si dimidiam ꝑtem regni mei petieris dabitur tibi. Et. iij. Regũ. ij. Positus est thronus matri regis ad dexterã eius. ⁊ dixit ei rex ꝙ postularet quecũqꝫ vellet. qꝛ nichil sibi negare vellꝫ O quãtum gaudere potuit cui tantũ donata fuit. De assumptione ista beate virginis dicit Ber. Quis cogitare sufficit q̃ꝫ glorioso honore regina mundi processit et q̃ꝫ deuoto affectu tota in eius occursum celestium legionuꝫ multitudo obuiauerit cum quibꝰ ad thronum glorie cãticis sit adducta q̃ꝫ placito vultu. q̃ꝫ serena facie q̃ꝫ diuinis amplexibꝰ a filio sit suscepta et super omnem creaturam exaltata cum omni honore ⁊ reuerentia cuius tanta regina digna fuit cum ea gloria que tantũ filium decuit. Hiero. Credendum ẽ omneꝫ militiam celoꝝ festine obuiã venisse dei genitrici. et vsqꝫ ad thronum sibi ante constitutionem mundi preparatũ cuꝫ laudibꝰ et canticis. et magna leticia ꝑduxisse De tanto gaudio angeli admirabãtur dicentes. Que est ista que ascendit de deserto. i. de mundo. delicijs affluẽs. innixa sup dilectum suum Intantũ eñ delicijs et gaudijs affluebat ꝙ omnes ãgelos et sanctos leticia replebat. Ber. Virgo gloriosa celos hodie ascendẽs. supernorum ciuiuꝫ gaudia copiosis cumulauit augmentis Hec eñ cuius vox exultationis et salutationis ipsos exultare fecit. quos adhuc viscera materna claudũt scilicet ꝑuuli nondum nati anima liquefacta ẽ vt elisabeth locuta est. Quid putamus? Nõ fuit illa celestium exultatio ciuium. ꝙ ibi vocem audire et videre faciem eius benedictam ⁊ frui eius presentia meruerunt? Vñ ipsa dicit zacha. ij. Gaude et letare filia siõ. id ẽ celestis curia. qꝛ venio et habitabo ĩ medio tui. Letabantur angeli. qꝛ videbant dñam suã

et reginam cum gaudijs ascendentē Le
tabantur patriarche .qz viderunt filiam
suam de eorum stirpe natā. Letabantē p
phete.qz illā corporaliter videbāt: quā
figuraliter predixerant Letabantur mar
tires qz videbant sociam suam. ipsa em
fuit martir in anima quando gladio passi
onis ptransiuit animam eius Letabantē
virgines.qz viderunt primitiuam eius
Ipsa enim ē virginum primitiua.qz vo
tum virginitatis primū adinuenit Exē
plum.Clericus quidā beate virgini val
de deuotus gaudia beate virginis specia
li oratione et deuotiōe honorabat: dicēs
hanc sedule orationem Gaude dei geni
trix virgo immaculata gaude que gaudi
uz ab ãgelo suscepisti.gaude que genui
sti eterne luminis claritatem.gaude ma
ter.gaude dei geitrix virgo maria. tu so
la innupta mater te laudat oīs creatura.
geitrix lucis fis pro nobis pia ⁊ ppetua
interuentrix.Quā acceptuz istud beate
virgini fuit patet ex hoc.qz quadam vi
ce in oratione ei apparuit gratias referēs
de tali salutatione ⁊ addidit.qz mea gau
dia recitando me letificas: ego in hora
mortis tue letificabo te qd ⁊ fecit. Nam
et ego agonisante.beata virgo cum chō
ris angelorz ⁊ virginum aduenit.quam
ille videns ait circūstantibz Cedite: regi
na celi venit.Et dixit beata virgo Quia
me letificasti in eo qꝫ gaudia mea tam de
uote sepius recitasti: ⁊ ita humilime re
uelasti: ego te sicut promisi letificabo. nec
etiam velozem tue mortis patiaris. Et
ego animā tuam cum gaudio et letitia ī
celum deducam.

De sancto bartholomeo Ser.lvij

Pellem pro pelle et ō
nia que habz
hō dabit pro aīa sua Job.ij.
Ista verba loquebatur dia
bolus ad dñm: qñ ipse tēptauit beatū
Iob.Et licet mendax sit diabolus ⁊ raro
verum loquatur: qd quilibet experiri va
let: tñ in hoc verz dixit .qz vtilius est hoī
dare pellem et corpus et oīa que habet:
q̄z pdere animam.Et licet ponantur hic
duo fm litteram tñ vnus et idem ē sen
sus fm glo. Pellem.i.rem minus cara
dabit homo p pelle.i. p re magis cara ⁊
pro aīa sua dabit homo oīa que habz tā
corpus q̄z res. Istud verificatū est ī bea
to bartho. qui dedit pellem.i. corpus et
omnia que habebat pro aīa sua saluanda
Notandum qꝫ legimus in sacra stipti
ra de triplici pelle. Prima pellis est res
tpalis qua tegitur corpus Secunda est
cutis superficialis qua tegit caro. Ter
cia est vita temporalis qua tegitur anīa
Istam triplicem cutē dedit bar. pro ani
ma sua Prima pellis dico est res tempo
ralis.quā dñs pellem vocat per ppheta
michram ca.iij.di.Ele principibus qui
comedūt carnem populi mei. et pellē eo
rū desup excoriauerunt .i. de principib
illis qui iniuste occidunt populum meū
et auferunt res eorz In verbis istis īnui
tur qꝫ res temporales dicūtur pelles .qz
sicut caro tegitur pelle: ita tegitur corpꝰ
rebus tēporalibz Istam pellem.i.rem tē
poralem debet homo dare p anima sua.
Nam dñs dicit Luce.ix Quid prodest
homini si lucraretur vniuersū mundum
aīam autem suam perdat: Mathe.ix.di
xit adolescens ad ihesuz Magister quid
faciam vt habeam vitam eternam? Ille
respondit Si vis ad vitam īgredi serua
mandata. Cui ille. Hec oīa seruaui a iu
uentute mea: qd adhuc mihi deest: Re
spōdit ihesus vnum tibi deest Si vis p
fectus esse vade ⁊ vende ōnia que habes
et da pauperibus et habebis thesaurum
in celo. ⁊ veni et sequere me Iuxta illō
consilium domini fecit beatus bartholo
meus .Nam ipse omnia que habuit et
habere potuit contempsit et dimisit: et